



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCCCCXLVII. ad annum MDXXVII.

Parisiis, 1644

XV. Quod clerici in sacris ordinibus constituti aut beneficiati non viuant
cum dominis temporalibus ad auxilia armorum praestanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15644

motores vero & fiscales, qui ad accusandum huiusmodi clericos iura aut prælati monita præponunt, si malitiose ab accusando se subtraxerint vel negligenter fecerint, aut quidquam dolo omiserint, quo minus huiusmodi executio tolli seu impediri possit, saltem vel differri, eo ipso ab officio suo sint priuati, alias arbitrio superiorum puniendo. Prælati præterea nostræ prouinciae infra tres menses a die præsentis publicationis teneantur facere coram se præsentari literas minorum ordinum huiusmodi clericorum, nihil exigentes pro præsentatione ipsarum, præterquam vnum marabetinum pro notario, pro cuiuslibet tituli præsentatione.

X V.

Vt digne ambulemus in vocatione qua vocati sumus, non solum morum & vitæ aliquos præcelle-re debemus honestate, sed etiam & ecclesiæ libertatem tueri debemus. Absurdum nempe & nostræ religioni dispar & incongruum videtur, vt regale genus sacerdotum, cum temporalibus dominis miliariter viuendo, in eorum seruitutem redigatur. Ideoque sacrorum patrum vestigiis inhærendo, nostro approbante Concilio hortamur vniuersos & singulos nostræ prouinciæ episcopos, ob reu- rentiam & honorem suarum pontificalium dignitatium; ceterisque ecclesiæ in sacris ordinibus con- stitutis aut beneficiatis districte præcipimus, ne cum dominis sœcularibus, cuiuscumque gradus, status, ordinis seu conditionis existant, exceptis regia maiestate & regiis personis, vitam militarem ad auxilia armorum præstanta ducere audeant dissolu-

<sup>Anno
Christi
1473.</sup> dissolutam , seu ab eis terras , stipendia & salario
vel pecunias quascumque, vt armis per se vel per a-
lios deseruant, cum equitum seu peditum gentibus,
quomodolibet exigere vel leuare præsumant. Qui
si secus egerint , tam diu ab officio & beneficio sint
suspensi , donec absque omni simulatione & fictio-
ne a prædictis realiter cessauerint ; fructibus bene-
ficiorum suorum medio tempore prouenientium
Concilio sequenti applicandis.

XVI.

Cum secundum legitimas sanctiones non sit du-
bium eos in legem committere, qui verba legis am-
plexi , contra eius nituntur voluntatem : & quia
tempore , quo sacrorum Canonum decretis nu-
ptiarum celebratio interdicitur & carnalis copu-
la prohibetur, nonnullos laicos nubere ac carna-
liter commisceri , ac proinde conuiua publica,
strepitus & choreas facere , parentes quoque &
amicos inuitare , & cum histriionibus & ioculato-
ribus solenniter nuptias celebrare , & ad ecclesias

^{f. incep-}
^{dere} sic * incidere plerumque contingit : Nos conten-
dentes quod vera sacrorum Canonum intentio
fuit , non tam ecclesiæ solennitates & nuptiales
benedictiones, quam carnales commixtiones pro-
hibere , perniciosa consuetudinem huiusmodi
diuellere cupientes , sacro approbante Concilio,
commixtiones prædictas , strepitus , choreas , io-
culationes & alias solennitates ac conuiua , tem-
poribus quibus solennia ecclesiæ interdicun-
tur , & cessant nuptiales benedictiones , fieri de
cetero prohibemus , statuentes , vt qui contra

Concil. Tom. 34.

G